



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 149. Cardinalis Capuanus Roman reversus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.  
 A.C. 1447.

§. CXLIX.

*Cardinalis Capuanus Romam  
 reversus.*

**D**emortui Papæ exequiis per novem dies de more actis, Cardinales, quorum octodecim Romæ morabantur, pomeridianis horis ad Ecclesiam S. Mariæ supra Minervam conveniebant, de futura electione deliberaturi. Intererat quoque Cardinalis Columna, quem totus populus, & potissima Cleri pars reducem festivis exclamationibus excipiebat, atque ad summi Pontificatus honores, ceu Virum doctrinæ laude, ac vitæ exemplo clarissimum, assumi peroptabat. Attamen horum vota a sacri Collegii consiliis longe diversa erant.

§. CL.

*Orationes Funebres in laudem Eugenii  
 Papæ.*

**E**ugenii laudes duplici oratione funebri celebrabantur. Primam dixerat Malatesta Auditor Rotæ, qui præsentem Romanæ Curiæ statum vivis admodum coloribus depinxit. Alteram Cardinalis Bononiensis habuit, in qua de modo ad electionem procedendi differebat, atque inter cetera exclamabat: procul sint odia, exulent favores: tanta demum verborum vi,  
 tanta-